Universitätsbibliothek Paderborn

Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Insomniae, siue Noctes Ivniae Entheae

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1436

LXXI. Ad Ieremiam Reusneru[m]. Fr.

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00027821-6

Visual Library

Sic aut inuidia, FABER, opprobrijsúe carebi
Inuidiam bona ſors, ſors mala probra crea

LXIX.

Ad Paulum Conſtantinu
Phrygionem Medic. VVirtebergicum.

Quid morbos querimur miſeri, vitæque labores
Et quod vel ſors nos, pauperiesúe premat?
Ecquis homo ſit pauperior, quàm naſcitur? inf
Quum miſer in cunis, & ſine voce iacet.
Naſcimur vt nudi, morimur ſic denique nudi:
Et fatum mortis vincere nemo poteſt.
Si ſapimus, quæramus opes modò, PAVL
(bea
Sed cœlum, non quas terra miniſtrat opes.
In Domino quiſquis diues ſemel eſſe laborat:
Æternas ſemper diues habebit opes.

LXX.

Ad Thobiam Theodoru

Simplicitas laus eſt, at fraus, ſimulatio. iam t
Elige, quod dignum te magis eſſe putes.

LXXI.

Ad Ieremiam Reuſnerũ F

Quod dant fata tibi, cape lætus: ſperne viciſſim
Quod tibi fata negant.

Sorte ſua melius contentum viuere: numen
Quàm violare Dei.
Qui violat numen, faciens conuitia cœlo:
Immemor ille ſui,
In ſeſe blaterat miſer: & ſibi vim parat ipſe,
Cui ſua ſors odio eſt.

LXXII.

Ad Martinum Hertelium Secr. Niſſ.

Quæ melior, Martine, rogas, ſit victima? dicam:
Mens pacata Deo, victima ſola placet.

LXXIII.

Ad Ioan. Reymannum IC. Cancell. Vratislau.

Corde Deum placa, ſi vis placare, fideli:
Namque malè placat copia ſtulta Deum.
Quid dabis huic, qui non eget, & qui ſpontè dat (omne?
Quod das, & quod habes, hoc dedit antè Deus.
Idem cor quoque dat purum: ſi reddis eidem
Purum cor: placet hæc victima ſacra Deo:

LXXIIII.

Ad VValtherum Drechſelium Iuriſc. & Cancell. Palat.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN